



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De jejanio, §. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

## §. 2.

*De jejunio.*

4 **Q**uando jejunandum est  
 ex duplici præcepto,  
 qua ratione unum peccatum  
 committimus, diximus c. 2. §. 6.  
 5 Præterea quando est jeju-  
 nandum ex voto, & ex præce-  
 pto, si non jejunetur, duplex  
 committi specie peccatum, im-  
 mo si ex juramento, triplex col-  
 li potest ex dictis c. 3. §. 2. nu. 29.  
 & cap. 1. n. 99.

6 Nunc ergo suo jam loco  
 quærimus, An si quis carnes die  
 jejunii comedat, explicare in  
 Confessione, quoties comedit,  
 debeat. Respondeo bene esse di-  
 stinguendum. Vel enim primo,  
 loquimur de jejunio ex præce-  
 pto Ecclesiæ, vel secundò de je-  
 junio ex voto, seu ex pœnitentia  
 Sacramentali. Si de primo,  
 est

est

est explicandum toties quoties.  
 Si de secundo, regulariter non  
 est explicandum, sed solum pri-  
 ma vice. Ratio doctrinæ, &  
 disparitatis est, quia in prio-  
 re casu, toties peccatur, quoties  
 comeditur caro; in posteriore,  
 solum prima vice peccatur. Et  
 hujus ratio ulterior est, quia in  
 præcepto Ecclesiæ de jejuniis  
 includuntur duo distincta præ-  
 cepta, alterum ne comedantur  
 carnes, alterum ut semel come-  
 datur; quorum præceptorum di-  
 stinctio patet; nam adolescens,  
 infra vigesimum primum an-  
 num, comedendo carnes in die  
 jejunii; contra primum præce-  
 ptum facit, non contra secun-  
 dum, &c. Cum igitur qui plu-  
 ries comedit carnes in die jeju-  
 nii de præcepto, pluries illud  
 prius præceptum non observet  
 pluries, & consequenter, toties  
 quoties peccabit; at in postero-  
 re casu regulariter, qui voverit

a Sanc 1.  
 in dec. c. 11  
 §. 42.

vel  
 lun  
 cet  
 obl  
 imp  
 bus  
 ci e  
 qua  
 rem  
 stin  
 7  
 con  
 vore  
 carn  
 licet  
 com  
 freg  
 jeju  
 man  
 ex di  
 8  
 mēst  
 carne  
 pecca  
 come  
 quen

vel cui imponitur jejunium: solum directè uni præcepto subiacet, quia illi solum imponitur obligatio jejunandi, accessoriè imponitur abstinentia à carnibus; sine qua jejunii Ecclesiastici essentia constare non potest: quare semel fracto jejunio; non remanet obligatio ad talem abstinentiam.

7 Undè obiter vides posse contingere, ut in die jejunii ex voto, comedas etiam prima vicè carnes sine peccato: quando scilicet pluries in prædicto die comedisti legalia, atque adeo fregisti cum peccato essentiam jejunii: nam si postea carnes manducaveris, non peccabis, ut ex dictis patet.

8 Præterea, qui in unica comestione comedit in vigilia v. g. carnes, non committit *b* aliud *b* *Colligatur ex eodem sensu.* peccatum, si iterum, & iterum comedat cibos legales: & consequenter, nec clavibus subjicienda.

dum. Ratio est, quia contra nul-  
lum præceptum operatur: Non  
contra essentiam ieiunii: Hæc  
enim iam fracta est ex vi prioris  
peccati, quo carnes comedit: non  
contra præceptum illud de non  
comedendo carnes, jam enim  
loquimur de comestione legalis  
ergo, &c.

9 Contra si quis in meridie  
comederet lacticia ( etiam  
supponendo, quod sit mortale  
his vesci in quocumque die ieiun-  
nii) sed iterum in die, legalia  
comederet, præter serotinum  
panaculum, speccaret come-  
dendo prædicta legalia: idque  
in Confessione deberet patefa-  
cere. Ratio est, quia in prima  
illa comestione lacticiniorum  
peccavit, ut supponimus, con-  
tra præceptum abstinendi à pro-  
hibitis, sed non fregit essentiam  
ieiunii Ecclesiastici, hoc enim  
cum lactiniis consistere potest  
quare cum secunda vice come-  
dit

dit licita: tunc fregit ieiunium  
peccavitque cum onere illud  
peccatum confitendi: non verò  
tertia vice, vel quarta simili,  
quia hæc ieiunium iam fractum,  
& quasi demortuum invenit.

C A P V T V.

Circa Quartum Decalogi  
præceptum.

§. 1.

*De Injuria inflicta parentibus,  
filiis, uxora.*

**R**egula hujusmodi esse  
poterit. Omnis iniuria  
gravis facta Parentibus (quo  
nomine venit etiam Avus, &  
Proavus) quæ adversatur amo-  
ri, & pietati illis debitæ, est dis-  
versæ speciei ab injuriis, cui-  
cumque alteri proximo allatis;  
I 2 quare